

dicans Deum, confessus est statim etiam
Dominum nostrum dicens, Pluit Do-
minus super Sodomam & Gomorram
ignem & sulphur à Domino de cælo.
Et iterum. Et dixit Deus, faciamus ho-
minem, ad imaginem Dei fecit homi-
nem. Et quia nasciturus erat homo sic ait
Prophetam suscitabit uobis Dominus
Deus uester sicut me. Hæc Ignatius.

XXXIII. Irenæus lib. 4 cap. 37 ex-
ponit hanc sententiam, faciamus homi-
nem ad imaginem & similitudinem no-
stram, his uerbis: Et plasmauit Deus ho-
minem, limum terræ accipiens, & suffla-
uit in faciem eius flatum uitæ. Non an-
geli fecerunt nos, nec nos plasmauerunt
nec angeli potuerunt imaginem facere
Dei, nec alius quis, præter uerbum Do-
mini, nec uirtus longe absistens à patre
uniuersorum. Nec enim indigebat ho-
rum ministerio Deus ad faciendū, quæ
ipse præfinierat apud se fieri, quasi ipse
suas non haberet manus. Adest enim ei
semper uerbum, sapientia, filius, & Spi-
ritus, per quos, & in quibus omnia libe-
re & sponte fecit, ad quos & loquitur di-
cens: Faciamus hominem ad imaginem
& similitudinem nostram, ipse à semet-
ipso

ipso